



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 131. Solemnis supplicatio Parisiis præsentente Henrico II. rege instituta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

§. CXXXI.

Sæcul. XVI.
A.C. 1549.*Solemnis supplicatio Parisiis præfente
Henrico II. Rege instituta.*

Cum Henricus Galliarum Rex die se-
cunda Julii unacum Regina Lute-
tiam Parisiorum ingressus esset, comi-
tantibus eum Regiæ stirpis Principibus,
Cancellario, ac libellorum supplicum Ma-
gistris Curiam accessit, ut ibidem pro
tribunali sederet: demum biduo post
pro Regis, Regniq̄ue incolumitate, nec
non Francisci I. Regis, Patris sui, ac
Majorum suorum manibus, nec non pro
reddenda Ecclesiæ pace, atque hære-
sum extirpatione solemnem instituit sup-
plicationem, quæ a D. Pauli Templo,
quod haud procul a Turrularum, ut
vocant, Palatio, ubi tum Aula diver-
fabatur, aberat, usque ad Ecclesiam
Cathedralem Beatæ Virginis solemnem
pompa processit. Re divina ibidem per-
acta Rex publice in Episcopali Palatio
prandium sumpsit, eoq̄ue finito Turri-
culas reversus supplicium aspexit quo-
rundam, qui de Lutheri hæresi convi-
cti ad rogam damnati fuere: id tamen
Rex fecerat non tam pro indolis suæ a-
lioquin mitissimæ, atque ab omni cru-
delitate genere abhorrentis genio, quam
nonnullis complacendi studio, qui eum
comi-

Thuan. hist.
l. 6. n. 2. in fin.
Sleid. p. 863.

Sæcul. XVI. comitabantur, illumque minus decen-
 A.C. 1549. ter ad id inducebant.

§. CXXXII.

*Tridentini Patres a Papa Romanam
 venire iussi.*

*Thucyd. 1. 6.
 2.*

Interea summus Pontifex, cum sibi sanguine junctos fovere, eosque honoribus augere semper intentus esset, admodum sollicitus hæsit, ut non modo Placentiam recuperaret, sed etiam Bononiam, ac Perusium tueri posset; quippe Bentivolii Ferrariæ Ducis auxilio freti nil intentatum, inausumque relinquebant, ut Bononiensem Urbem, ex qua a Julio II. pulsi erant, denuo sibi affererent: ex altera vero parte Rudolphus Ballionius Perusium, quod ejus Prædecessoribus Leo X. eripuerat, recuperare moliebatur, remque abs dubio aggressurus fuisset, nisi eum amplissima pollicitatione ab hoc proposito avertisset Florentiæ Dux, qui ante biennium eundem Rudolphum iis præfecerat copiis, quas Cæsari opem laturus in Germaniam transmiserat. Equidem summus Pontifex hucusque semper firmam concipiebat spem, fore, ut Imperator Placentiæ jacturam compensaturus eidem Senensem Remplicam concessurus esset, cum autem se vana spe delu-